

tenēda est opinio, vt admif-  
 fit Senatus Hispalensis in  
 causa Fracisci Martin ex opi-  
 do de Galarozā Principatus  
 de Arazena cum œconomo  
 fabricæ illius Ecclesię die pri-  
 ma Decēbris anno Domini  
 1657. me partem hæredis ab  
 intestato patrocinate, cuius  
 causæ principalis controver-  
 sia fuit, an legatum ducēto-  
 rum ducatorum relictum  
 fabricæ in testamēto imper-  
 fectō ratione volūtatis susti-  
 neretur, & his relatis contra  
 piam causam iudicatū fuit,  
 quia testator noluit appro-  
 bare scripturam testamenti,  
 & distulit approbationem,  
 & postea vixit annum, & re-  
 pentē morte violenta occisus  
 fuit, & vltra omnia hic  
 relata allegavi textum in l.  
 ex ea scriptura ff. de testamentis,  
 in illis verbis: Si nullo iure per-  
 fectū esset, quasi diceret con-  
 sultus non deberi fideicom-  
 missa ex scriptura testamen-  
 ti imperfecta, quando nec iure  
 gentium, nec iure civili  
 possit defendi, quia tam so-  
 lemnitas, quam volūtās de-  
 ficeret, alias si solemnitas tā-  
 tum deesset, legata pia susti-  
 nerentur posita clausula co-  
 dicillaris, vt in l. si iure 15. C. de  
 testam. v. auum.

44 Contra quam resolutio-  
 nem non obstant tradita in  
 contrariū pro prima opinio-  
 ne, non textus, in d. l. in testa-  
 mento, ff. de fideicommissar. liber-  
 tat. cui quinque solutiones  
 assignat Burg. de Paz, in l. 3.  
 Tauri n. 246. Nā relictis alijs  
 dicendum est, textum prædi-  
 ctum loqui de imperfectione  
 solemnitis, non de imper-  
 fectione voluntatis, vt tenent  
 Burgos de Paz relatus,  
 Flores de Mena, lib. 1. var. q.  
 1. n. 38. & 39. Azeved. in l. 1. tit.  
 4. lib. 5. Recop. nu. 107. & idē  
 debetur ab intestato libertas,  
 non quia causa pia sit, quan-  
 doque enim ex testamento  
 non iure facto libertas non  
 sustinetur, vt ex d. l. si iure 15.  
 C. testam. manum. dictum est,  
 sed quia relicta fuit alumnæ  
 quam testator dilexerat, quo  
 in casu ardor liciti amoris  
 operatur effectū clausule co-  
 dicillaris, & ita debetur liber-  
 tas à veniētibus ab intestato  
 vt subtiliter intelligit Bald.  
 in d. l. in testamēto, & cōcordat  
 textus in d. l. si iure 15. vbi li-  
 bertates debētur ex testamē-  
 to imperfecto posita clausula  
 codicillari.

45 Contra quā verā textus  
 interpretationē non obstat  
 obiectio tradita in argumēto  
 quia

quia benè sequitur ex eo  
 quòd prædictum testamen-  
 tū nō fuisset solemne, quòd  
 reduceretur ad causam in-  
 testati, cum testamēti valor  
 dependeat ex solemnitate,  
 quæ pars formalis, & substā-  
 tialis testamenti est, quæ si  
 deficiat, imperfectum reddit  
 testamentum, quia non so-  
 lemne: defectus enim solem-  
 nitatis imperfectio solet nun-  
 cupari, sicut in §. ex imperfecto  
 l. hac consultissima, C. de testam.  
 vbi imperfectū dicitur testa-  
 46 mentum nō solemne. Et mi-  
 nus obstat id quòd diximus,  
 quòd analogum stat pro fa-  
 mosiori significatu, quia ver-  
 bū perfectū non est analogū,  
 sed nomen adiectivum, & ca-  
 48 su quòd fuisset analogū, dicta  
 regula debet intelligi, quādo  
 ita sumēdo pro famosiori nō  
 resultat absurdum, aut quā-  
 do tali significationi non con-  
 tradicit ius, & in nostro casu  
 contradicit dicta lex si quis cū  
 testamentum, vltra quòd ver-  
 bum perfectū sapē sumitur  
 pro solemnī, & imperfectum  
 pro non solemnī, vt in §. poste-  
 riores, §. ex eo instit. quib. mod.  
 testam. infirm. & in d. §. ex im-  
 perfectō: ex quo solvitur pri-  
 mum argumentum.

47 Ad secundum responde-

tur, quòd testamentum im-  
 perfectum probat voluntatē  
 defuncti præsumptivē, non  
 plenē, & dispositivē; ve etiā  
 potest dici, quòd probat vo-  
 luntatem quando verisimilis  
 est, & adiuuatur probatione,  
 vt si conveniat dispositio im-  
 perfecta cum voluntate ante  
 testamenti factionem decla-  
 rata, & manifestata, vt infra  
 cap. 9. num. 38. continetur.  
 Sed melius prima solutione  
 dissolvitur argumentum,  
 quæ multum à Doctōri-  
 bus illustratur, vt potissi-  
 ma ad huius quæstionis in-  
 telligentiam; dicunt enim,  
 quòd casu quo ex inutili te-  
 stamento voluntas defuncti  
 48 declaretur, non est dispositi-  
 vē, nec est sufficiens, vt ex ea  
 agi possit, vt probatur in di-  
 cta lege si quis cū testamentū.  
 Et ita tenent Burgos de Paz,  
 in l. 3. Tauri n. 249. vers. præte-  
 reā. Velasco axiomat iur. lit. V.  
 n. 195. Flores de Mena in addit.  
 ad Gammā decis. 153. n. 3. Castil.  
 d. c. 108. n. 16. vbi quòd volū-  
 tatis cōiecturas, & præsump-  
 tio sumitur ex testamento  
 invalido quo ad declara-  
 tionem voluntatis testato-  
 ris dumtaxat, non verò quo  
 ad vim inducendi, vel dispo-  
 nendi quo ad substantiam.



¶ nu. 17. quod voluntas non declaratur ex scriptis in testamento imperfecto ratione voluntatis, vt scripsit Iason. *in conf. 8. col. 7. lib. 3.* optimè Marra *tom. 2. part. 4. q. 1. arti. 7. num. 9.* ¶ 10. vbi postquam proposuerat regulam, quod testamentum nullum, irritum, & imperfectum, probat voluntatem, inquit, quòd prædicta conclusio procedit in illis tantum, quæ testator disposuit, non autem in alijs, in quibus testator nullam dispositionem fecit, vt si testator in testamento nullo disposuit filium debere legitimari, vtique declaratur voluntas, & est seruanda; sed si testator credidit legitimatorem valere, & ideo instituit filium tanquam legitimatum, ista institutio est nulla ex defectu voluntatis, & ex actu nullo nò potest colligi voluntas. Vnde si testator incepit testari, & non perfecit, vel instituit filium, tanquam legitimatum, qui non erat, erravit in substantialibus, & ita non potest colligi voluntas perfecta, sed simplex, quæ non sufficit pro danda hæreditate. Bald. *in l. fin. C. de fideicommissis.* Nec in est consensus, & voluntas in iam de-

claratis vt proponitur de contrario in obiectione, quia nò est consensus vsque ad perfectionem, vt considerabam supra num. 31. Et probat Burgos de Paz *in d. l. 3. num. 250.*

Denique vltimum non obstat, quia casu quo valeat testamentum ad pias causas nutu factum, hoc fit, quia verbis, & factis potest explicari voluntas testantis, *l. quoties. §. si quis nomen, ibi: Si quis nomen hæredes non dixit, sed indubitabili signo demonstraverit valet institutio, ff. de hæred. instit. l. 37.*

¶ Tauri, ibi: Quando el testador nõ brada, nõ seña ladamente hize heredero, quæ est *11. tit. 4. lib. 5. Recop.* Et in testamento ad pias causas inspicitur nuda, & simplex voluntas testatoris Magdalenus *de num. testium 2. part. cap. 3. num. 16.* & valet sine solemnitatibus iuris civilis, vt statim dicitur.

Minus obstat, quòd valeat subscriptum manu testatoris nullis testibus adhibitis ad pias causas factum testamentum, quia respondetur, quòd si verum est hoc fiet, quia testes requiruntur pro solemnitate, vt *infra cap. 22. num. 14.* continetur. Sed magis communis opinio est, quòd non valeat, vt tenent

Iason *in Aut. cent. quòd sine, C. de testamentis num. 1.* Aretinus *conf. 64. col. penult.* Alexander *conf. 76. col. vltim. lib. 3.* Socin. Iunior *conf. 189. num. 73. lib. 2.* Iulius Clarus, §. testamentum, *quest. 7. num. 1.* Covarrub. *in cap. relatum num. 11. de testamētis, Cevallos commun. quest. 136.* Et communem appellat. Cancerius *d. cap. 4. numer. 8.* Mantica *de coniecturis lib. 6. tit. 3. a num. 9.* Fachineus *lib. 4. controvers. cap. 3.* Merenda *lib. 4. controvers. cap. 16.* Thomingius *quest. 3. cap. 4.* Burtus *decis. 616. num. 5.*

¶ Minimè etiam obstat, quòd favore piæ causæ incisio linorum in testamento non inducat revocationem, nam hoc fit quia præsumitur casualis, vt bene Burgos de Paz *num. 1127.* Gutierrez *d. q. 47. num. 11.* vbi concludit, quòd in tali specie nò est iure præsumendum prædictam incisionem chordarum, filotum, seu linorum consulto à testatore factam, vt probatur *in l. proximè in fine ff. de his quæ in testam. delent.* & ibi Immola *col. fin.* & ita fuisse obtentum in facti contingètia inquit Burgos de Paz, & Mantica, *lib. 12. tit. 1. num. 32.* Craveta *conf. 128. num. 1.*

Covarrubias *in Rubr. de testamentis 3. part. num. 19.* alias si còsulto, & ex proposito fiat, revocatum erit testamentum etiam quo ad pias causas, vt latissimè probat Fontanella *decis. 49. 50. & 51.* nisi incisio linorum sit causa faciendi aliud testamentum, quòd morte præventus non fecit, nam eo casu causa non ficta, & conditione non adimpleta non dicitur facta revocatio, *l. cancellaverat, ff. de his quæ in testam. delent.* Alexand. *conf. 159. lib. 7.* Metochius *conf. 42. lib. 1.* Gratianus *cap. 420. num. 41. tom. 3. & 558. & 764.* quos refert, & sequitur Fontanella, *d. decis. 49. num. 1.* & non revocatur testamentum ex simplici voluntate, §. ex eo *instit. quib. mod. testam. infirm.*

His positis pro perfectione capituli, & materiæ testamenti ad pias causas animadvertendum oportet, solemnitates adhibendas in testamento ad pias causas minime requiri, nec seruari oportere, vt probant textus *in cap. cum esses 10. cap. relatum el. 1. de testam.* vbi latè Covarrub. & D. Ioan. Escobar, & Corro *de utroque foro art. 2. num. 121.* vbi plures commemorat, & in



numero sequenti ampliat in legatis profanis relictis in testamento ad pias causas, quia omnia sequuntur naturam principalis, nec decens esset, quod testamentum in parte valeret, & in parte non, & ita quod legata etiam profana valeant in testamento ad pias causas sine solemnitatibus iuris civilis cōdito, communis est Doctorum opinio, & tenent Salicetus in *Authentic. Cassa. q. 9. C. de Sacros. Eccles.* Alexander *conf. 41. vol. 1.* Antonius de Butrio in *cap. quod Clerici, & ibi Abbas de foro competentis, Covarrubias in d. cap. relatum num. 2.* Michael Grassus, §. *testamentum, quest. 18. n. 7.* Cancercius *lib. 1. var. cap. 4. num. 102.* Fusarius de *substitutionibus, quest. 572. num. 1.* Thomas Sanchez *conf. Moral. lib. 4. cap. 1. dub. 7. num. 2.* Diana *part. 7. tract. 6. resol. 4. licet contrarium velint Iason in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. n. 10. C. de Sacrosanctis Eccles.* Tirraquellus de *privilegijs pia causa, privilegio 80.* Cyriacus *controvers. 346. num. 31. & 32.*

58 Sed an idem dicendum sit quo ad legata pia relictā in minus solemnī testamento ad profana controversum est, & partem affirmativum,

quod valeant legata pia in testamento non solemnī factō ad profana tenent Bartolus, & Baldus in *l. 1. C. de Sacros. Eccles.* Ripa in *l. hac verbas num. 28. de legat. 1.* Decianus *conf. 65. num. 19. vol. 2.* Riminald. Iunior *conf. 729. nu. 34. vol. 6.* Rubeus *conf. 72. num. 5.* Gamma *decif. 380.* Covarrubias in *d. cap. relatum num. 4.* Molina de *iust. & iur. disp. 124.* Læsius eod. *tract. lib. 2. cap. 19. dubit. 1. num. 9.* Bonacina de *contractibus, disput. 3. quest. 1. punct. 3. num. 19.* cum multis Diana *part. 7. tract. 6. resol. 3.* Thom. Sanchez *vbi supra num. 3.* Ratio huius opinionis est, quia dicto capite *Relatum* validatur pia legata sine solemnitate, & quia nec iure canonum irritatur, nec iure civili possunt irritari.

59 Sed nihilominus contraria opinio receptior est, & facile probatur ex eo, quod si legata pia in testamento minus solemnī factō ad profana favore piæ causæ sustinerentur, in parte valeret testamentum, & in parte non, quod est prohibitum, *l. furiosum. C. qui testam. fac. poss.* Et quia testamentum irritum in principali, irritum etiā est in accessorijs, *l. 1. in fine. ff. de vulgari.*

60 Et ita probat textus expressus in *d. l. si iure 15. C. de testam. manum.* vbi libertas, quæ causa pia est, non debetur ex testamento minus solemnī, *l. 2. C. si ommissa causa testamenti.* Et sic docet plures apud Tirraquellum *privileg. 80. vers. Sed è diverso.* Méchaca de *success. creat. §. 22. num. 12.* Mascard. de *probationibus. tom. 3. conclus. 1358. num. 35.* plures per Thesaurum *quest. forēs. lib. 4. quest. 35. num. 5.* Marta cum multis de *success. legal. tom. 2. p. 4. quest. 8. art. 4. ex num. 3. cum seqq.* Barbosa de *iure Ecclesiastico. lib. 1. c. 27. n. 95.* Escobar de *utroque foro, art. 2. nu. 124.*

61 Vnde evenit (ne ex proposito digrediamur) quod testamentum ad pias causas conditum cum duobus vel tribus testibus, tam masculis, quàm fœminis, etiam nō rogatis, & sine publicatione, & lectione testamenti, valet de iure Canonico, & ita est in quacumque causa vel institutione testamenti, quæ igitur in foro Ecclesiastico, 62 *d. cap. cum esses, & cap. relatum, vbi omnes repetentes, Gamma decif. 81. n. 3. & 4.* Valascus *consult. 74. num. 4. & 10. & 13.* Surdus *decif. 292. num. 2.* Méchaca *lib. 3. §. 22. num. 38.* Sal-

cedo ad Bernardum Diaz *reg. 482. limit. 7.* Spinus in *speculo testament. glos. 31. num. 40.* Gregorius Lopez in *l. 7. tit. 1. part. 6. glos. 8.* Didacus Perez in *l. 1. tit. 2. lib. 5. Ordinam.* Mascardus *tom. 2. conclus. 763. nu. 10. & 12. & tom. 3. conclus. 1358. num. 32.* Farinacius de *testibus quest. 59. num. 60.* Mantica de *coniectur. ultim. volunt. lib. 6. tit. 3. num. 1.* Molina de *iust. & iur. tom. 2. disp. 134.* Lugo de *iust. & iur. tom. 2. disput. 22. sect. 9. num. 266.* Diana *vbi supra resol. 16.*

63 Sed hoc verum tatummodo est de iure Canonico, & sic solum habebit locum in clericis testantibus, & in omnibus alijs qui subiecti fuerint Summo Pontifici, & in terris subiectis Ecclesiæ, scilicet verò in non Clericis, & non subiectis Ecclesiæ, veluti in hoc nostro Regno, nam qui debent uti legibus nostris, debent etiā testari iuxta formam illarum, nempe secundum formam, *l. 1. tit. 4. lib. 5. Recop.* Coram tabelione approbato, & tribus testibus masculis, & vicinis, & sine tabelione cum quinque testibus eiusdem qualitatis si inveniri possunt, aliàs coram tribus ad minus, quæ cōclusio